<sup>1</sup> Zu 1 Kor. 10 (Cod. Paris. Arsenal. lat. 1116 fol. 47) : Unum enim et idem prorsus credimus, speramus et diligimus, id est vitam eternam consequi, id est vivificatione spirituali vivificari. Quando enim quis dat elemosinam vel benedicit alicui actionibus illis, donatione scilicet et benedictione, que corporalibus instrumentis, id est manu et ore exercentur, ostendit se esse de corpore Christi, esse membrum Christi, eo quod Christus ad actus tales movet membra sua. Multis enim et elemosinam dedit et benedixit, in quibus quia quis Christum imitatur, dicitur se membrum Christi esse, id est Christo unitum ostendere vel ali. Qui huiusmodi operatur, membrum Christi esse ostenditur, eo, quod Christus ipsum tamquam membrum et tamquam instrumentum ad hoc operandum moveat. Sicut enim quis membra sua exercet in que voluerit opera, sic Christus nobis tamquam membris tamquam instrumentis utitur et nos dirigit ad huiusmodi opera. Similiter autem, cum quis credit vel sperat, diligit, id est dum spiritus alicuius istis actionibus agit, que spirituales actiones dicuntur, eo quod sicut sunt tantum spirituum et per spiritus tantum exercentur et ad sola tendunt spiritualia, dum, inquam, ita quis agit istis actionibus spiritualibus, fide scilicet, spe et dilectione virtute, ostendit se uniri ipsi spiritui Christi, eo quod Spiritus Christi vel Christus spiritum suum fuit motus vel movit ad tales actiones. Credidit enim, speravit, dilexit secundum humanum spiritum. Vel aliter : Quicumque huiusmodi actionibus agit, unit se spiritui Christi, id est Spiritui Sancto, eo quod sicut Spiritus Christi, quem secundum hominem assumpsit, ad hoc [fol. 76] motus est Spiritu Sancto movente, qui dicitur Christi secundum quod Deus, sic, inquam, spiritum cuiuscumque aliquo huiusmodi actu agentem movet Spiritus Sanctus. Sicut ergo corporales huiusmodi actiones faciunt tamquam indicia unitatem spiritualis gratie, que quasi corporalis est, eo quod ipsa corporaliter et inter nos et Christo capiti unimur, ut tamen unum corpus simus, sic huiusmodi spirituales actiones faciunt unitatem spiritualis vivificationis, qua Spiritu ipso vita eterna vivificamur vel [vivifica]bimur.

<sup>2</sup> Zu Rom. (Cod. Paris. Nat. lat. 657 fol. 45) : Et hoc est « sive iudei sive gentiles sive servi sive liberi nunc baptizati » sumus in unum corpus, id est per fidem [fol. 45v] et baptismi ablutionem deducti sumus in unum corpus Christi, que deductio non fuit ex nobis, sed in uno Spiritu, id est in susceptione eiusdem Spiritus, qui omnes nos unanimes efficeret, sicut unus spiritus humani corporis omnia membra eiusdem reddit voluntatis.

Heilige Geist alles in den Gliedern des Leibes Christi, wie die eine Seele im Auge sieht, im Ohr hört und in den übrigen allen alles tut<sup>1</sup>. Durch den Heiligen Geist werden wir ein Leib, da er in uns wohnt und die Gesellschaft, die dieser Körper ist, bewirkt<sup>2</sup>. Wer den Geist Christi, d. i. den Geist Gottes nicht hat, ist nicht Glied Christi<sup>3</sup>.

Hinter dem Interesse, das man für Christus als Haupt besaß, trat dann in der Folgezeit dasjenige für die Seele des mystischen Leibes völlig zurück. Immerhin kann man aber auf eine Quästion aus der Zeit Stephan Langtons im Cod. lat. 434 der Bibliothek von Douai hinweisen, die sich damit beschäftigt, warum gerade Christus Haupt und der Heilige Geist Seele des Leibes genannt wird. Die Antwort geht dahin : Christus als Sohn Gottes wird die Weisheit zugeschrieben, dem Heiligen Geist die Güte. Von Seiten der Weisheit erfließt die Erkenntnis, von Seiten der Güte die Bewegung. Daher erfließen vom Heiligen Geist die geistigen Bewegungen, von Christus, dem Sohn Gottes aber die geistigen Sinne<sup>4</sup>.

Zum Abschluß hier noch die Bemerkung : Wie wir sahen, wird *Spiritus Christi* als identisch mit *Spiritus Sanctus* genommen. Eine Ausnahme macht hier aber Abaelard, der *Spiritus Christi* gleichsetzt vor allem mit der Liebe und dem Band, durch das die Glieder mit

<sup>1</sup> Collectanea in epistolas D. Pauli. In ep. 1 ad Cor. c. 12 (SSL 191, 1654) : « in uno Spiritu » Sancto « sumus » ducti « in unum corpus », id est in hoc, ut possimus unum corpus unanimis per illum unum spiritum, ut totum corpus hominis una anima vegetatur. Ita enim unus Spiritus Sanctus facit omnia in membris corporis Christi, sicut una anima videt in oculo, audit in aure et in ceteris omnibus omnia facit.

<sup>2</sup> In ep. ad Eph. c. 4 (SSL 192, 196) : Vel ita, debetis servare unitatem spiritus, quia unum corpus esse debetis multorum adunatione membrorum ; potestis, quia unus Spiritus scilicet habitat in nobis, quo unum corpus efficimur. [Haimo] Unum corpus enim efficimur propter societatem, quam facit Spiritus Sanctus non sine Patre et Filio.

<sup>3</sup> In ep. ad Rom. c. 8 (SSL 191, 1436) : « Si quis autem non habet Spiritum Christi », id est Dei, quia etiam idem est Spiritus Dei et Spiritus Christi, « hic non est eius », id est Christi membrum.

<sup>4</sup> Fol. 98v : Item, quod Christus sit caput ratione motus superinfusi super membra, videtur super illud Eph. : Unum corpus. Et quod illud sit Spiritus Sancti, videtur ex glosa, que dicit : ad Spiritum pertinet societas, qua efficimur unum corpus unici Filii Dei, sicut anima vegetat membra, ita Spiritus corpus ecclesie continet et vegetat. Preterea, cum Spiritus Sanctus distribuat dona in ecclesia, potius debet dici caput ecclesie quam Filius. — Solutio : Christo attribuitur sapientia, inquantum Filius Dei, Spiritui Sancto dicitur attribui bonitas. Sed ex parte sapientie effluit cognitio et ex parte bonitatis motus. Ideo a Spiritu Sancto effluunt motus spirituales et a Christo Filio Dei sensus spirituales.

dem Haupt zusammenhängen<sup>1</sup>, aber auch mit der Gnade seiner Gaben, nämlich der Nachlassung der Sünden und der Mitteilung der Tugenden<sup>2</sup>.

**Voraussetzung des Lebens  
ist die Verbindung mit dem Haupt und dem Leib**

Ganz allgemein lehrt *Ambrosiaster*, daß Christus deshalb unser Haupt sei, weil er Urheber unseres Lebens ist<sup>3</sup>; stellt er doch auch das Axiom auf: wer das Haupt nicht hat, hat das Leben nicht<sup>4</sup>. Nach *Pelagius*<sup>5</sup> und in wörtlicher Abhängigkeit von demselben, *Ps. Primasius*<sup>6</sup>, lebt nicht, wer außerhalb dieses Leibes ist, er mag sich brüsten soviel er will. In Christus sind wir denn auch vom Vater gesegnet, weil der Vater im Haupt alle Glieder segnete und auserwählte, auf daß er uns heilig und unbefleckt mache, nicht *weil* wir zukünftig waren, sondern damit wir es seien<sup>7</sup>.

Ein an den andern Gliedern Verstümmelter kann, so lehrt *Sedulius Scotus*, wenn auch geschwächt, so doch weiterleben; nach dem Verlust

<sup>1</sup> Expositio in epistolam Pauli ad Romanos. Lib. 3 c. 8 (SSL 178, 899) : « Quod si quis non habet spiritum Christi, hic non est eius », videlicet membrum, quia spiritus eius ipse est amor et vinculum, quo huic capiti membra sua cohaerent.

<sup>2</sup> Expositio in epistolam Pauli ad Romanos. Lib. 3 c. 8 (SSL 178, 900) : « Si autem », acsi diceret : Sed spiritum Christi Dei habemus : quod est dicere, si Christus per spiritum suum, id est per gratiam donorum suorum, utpote remissionem peccatorum et collationem virtutum in nobis est.

<sup>3</sup> In ep. ad Eph. c. 2 (SSL 17, 378) : Ipse est autem caput nostrum, ipsum enim habemus Deo praestante auctorem vitae nostraræ ; sicut dicit Petrus apostolus : « Auctorem vero vitae interfecisti ». — In ep. ad Eph. c. 4 (SSL 17, 389) : ... omnia subiiciamus ei scientes, quia omnium auctor est vitae, ut quasi capiti membra subdantur.

<sup>4</sup> In ep. 1 ad Cor. c. 13 (SSL 17, 225) : Apertum est, quia, si omnis substantia impendatur, nihil proficit caritate neglecta, quia caput religionis caritas est ; et qui caput non habet, vitam non habet. — Man vgl. auch In ep. ad Col. c. 1 (SSL 17, 425).

<sup>5</sup> Commentarii in epistolas Pauli. In ep. ad Col. c. 2 (SSL 30, 897).

<sup>6</sup> Commentaria in epistolas S. Pauli. In ep. ad Col. c. 2 (SSL 68, 656) : Quicumque ergo extra hoc corpus quantumvis se iactet, non vivit, qui caput non habet et vitam. — Man vgl. dies auch bei *Sedulius Scotus*, zu Col. 2, 19 (SSL 103, 227); *Claudius von Turin*, zu Col. 2 (Cod. Vat. Reg. lat. 98 fol. 168); *Atto von Vercelli*, Expositio epistolarum S. Pauli. In ep. ad Col. c. 2 (SSL 134, 627).

<sup>7</sup> In ep. ad Eph. c. 1 (SSL 68, 607) : « In Christo ». In capite omnia membra benedixit et elegit, ut nos faceret sanctos et immaculatos, non quia futuri essemus, sed ut essemus. — Man vgl. auch *Sedulius Scotus*, zu Eph. 1, 3 (SSL 103, 195); ferner dem Sinn nach *Claudius von Turin*, zu Eph. (Cod. Vat. Reg. lat. 98 fol. 131v).

des Hauptes aber gibt es kein, wenn auch noch so kurzes Fortbestehen des Lebens. Weshalb wir denn in allen Versuchungen und Verfolgungen unser Haupt Christus schützen und vor allem den Glauben an ihn unverletzt und unversehrt bewahren müssen<sup>1</sup>. Dieser Wurzel, die Christus ist, ist nach *Claudius von Turin* jeder, der zum Heil kommt, einverleibt<sup>2</sup>. Viele Glieder sind — so *Rabanus Maurus* — der eine Leib Christi und so sind wir alle zusammen mit unserm Haupt Christus und ohne das Haupt vermögen wir nichts. Weil wir so mit unserm Haupt der Weinstock sind, sind wir ohne unser Haupt — was ferne sei — abgeschnittenes Reisig, das nicht für einen Bauer, sondern bloß für das Feuer gut ist<sup>3</sup>. *Atto von Vercelli* wieder mahnt, daß, wer gesegnet werden will, Christus verbunden sein muß; denn alle Gerechten sind ihm verbunden und sind seine Glieder, deren er das Haupt ist<sup>4</sup>. Und man muß wissen, daß Jesus täglich in seinen

<sup>1</sup> Zu Eph. 6, 17 (SSL 103, 211) : « Et galeam spei salutis. » Galea capitis est munimen. Quia ergo caput nostrum Christus est, debimus semper istud spe futurorum bonorum vel inexpugnabili galea in cunctis tentationibus ac persecutionibus communire et principaliter fidem eius illaesam atque integrum custodire ; aliis enim membris truncatum quempiam, licet et debilem, possibile tamen est utcumque superesse ; sine capite vero nemini vel brevis vitae spatium prorogatur.

<sup>2</sup> Zu Rom. 11 (Cod. Vat. Reg. lat. 98 fol. 38) : Radicem hic alii Abraham, alii intelligunt Dominum Jesum Christum. Quod utique verum est. Ipse est primicia omnium vel delibatio secundum id, quod de eo alibi dicitur. Qui est primogenitus omnis creature. Huic namque radici omnis, qui salvatur, inseritur. — Dazu vermerke man auch zu Eph. 4, 3 (Cod. Vat. Reg. lat. 98 fol. 139) : Nisi enim membrum quis fuerit aecclesie, ut non separetur ab unitate Spiritus, consequenter in una spe vocationis esse non poterit. — Man vgl. auch *Smaragdus*, Collectiones in epistolas et evangelia (SSL 102, 264) : « Quod et vos nunc similis formae salvos facit baptismus. » Quia si tunc aqua eos, qui in arca erant, salvavit : ita et nunc eos, qui in Ecclesiae unitate permanent, delendo peccata baptismus conservat. Et sicut tunc, qui extra arcum erant, perierunt, ita et nunc, qui extra ecclesiam sunt, peribunt.

<sup>3</sup> Enarrationes in epistolas Pauli. Lib. 11. In 1 ad Cor. c. 12 (SSL 112, 113) : Membra multa unum corpus Christi : ergo simul omnes nos cum capite nostro Christus, sine capite nihil valentes. Quare, quia nos cum capite nostro vitis, sine capite nostro, quod absit, sarmenta praecisa, non alicui agricolaram, sed igni tantummodo destinata. — Hier vgl. man auch *Atto von Vercelli*, Expositio epistolarum S. Pauli. In ep. ad Rom. (SSL 134, 242) : Et apte Christus radix dicitur, quoniam modo radicis arboreae sibi inhaerentibus ramis succum sua dulcedinis, id est bonorum operum suavitatem tribuit, et ut perficiant, ipse quidem adiuvat.

<sup>4</sup> Expositio epistolarum S. Pauli. In ep. ad Gal. c. 3 (SSL 134, 519) : Nam, quicumque vult benedici, necesse est, ut Christo coniungatur. Omnes enim iusti illi coniunguntur, et omnes illius sunt membra, quorum etiam ipse est et caput.

Gliedern stirbt, gekreuzigt wird, aufersteht und seine Glieder in ihm belebt werden<sup>1</sup>.

Nach *Hervaeus von Bourg-Dieu* ist der reiche Segen der Tugenden und der geistlichen Güter uns vom Vater in Christus gegeben, d. h. nachdem wir begonnen haben, in unserm Mittler und Wiederversöhner zu bleiben, eingeköpft dem Leib der Kirche, die sein Leib ist ; denn außerhalb Christus wird keinem dieser Segen zuteil<sup>2</sup>. So kann denn auch keiner der Gläubigen in irgend etwas Gutem wachsen, wenn er nicht dem Haupt Christus anhängt, wie ja auch im menschlichen Körper ein Glied, sobald es von seinem Haupt losgetrennt wird, nicht mehr wächst, sondern verschrumpft<sup>3</sup>. Zur Seligkeit können nur die Glieder Christi emporsteigen, weil niemand in den Himmel emporsteigt, der nicht von ihm heruntergekommen ist, der Sohn des Menschen, der im Himmel ist<sup>4</sup>. Die Auserwählten werden lebendig gemacht in Christus, d. h. in Christi Gemeinschaft, daß sie im Leib Christi, der die Kirche ist, ewig leben ; denn wie keiner im Reich des Todes ohne Adam, so keiner im Reich Christi ohne Christus<sup>5</sup>.

*Bernhard von Clairvaux* preist das Glied selig, das diesem Haupt

<sup>1</sup> In ep. 2 ad Cor. c. 4 (SSL 134, 438) : Et sciendum, quia quotidie Jesus moritur, crucifigitur, resurgit in membris suis et membra ipsius in ipso vivificantur. — Man vgl. auch In ep. 1 ad Cor. c. 12 (SSL 134, 382) : Sicut uno spiritu omnia vivificantur corporis membra, sic et omnes, qui per gratiam baptismatis renati in unum convenient corpus, uno spiritu vivificantur. Unde est, quia, si aliquod membrum corporis abscidatur, noniam ab ipso spiritu vivificatur ; sic et qui a corpore ecclesiae absciditur, noniam vivificari meretur.

<sup>2</sup> Commentaria in epistolas Divi Pauli. In ep. ad Eph. c. 1 (SSL 181, 1206) : Et haec tam copiosa virtutum bonorumque spiritualium benedictio data est a Patre nobis « in Christo », id est postquam coepimus in ipso mediatore ac reconciliatore manere incorporati visceribus ecclesiae, quae est corpus eius. Non enim extra Christum datur cuiquam ista benedictio. — Man vgl. auch In ep. ad Eph. c. 5 (SSL 181, 1266).

<sup>3</sup> In ep. ad Eph. c. 4 (SSL 181, 1249) : Dehinc apostolus metaphoram capitum et membrorum prosequitur ostendens, quod nullus fidelium in aliquo bono possit crescere, nisi adhaereat capiti Christo, sicut et in humano corpore, si membrorum aliquod a capite suo abscinditur, iam non crescit, sed marcescit.

<sup>4</sup> In ep. ad Eph. c. 1 (SSL 181, 1206) : Et haec est illa gloriosa beatitudo, quam oculus non vidit nec auris audivit nec cor hominis excogitare potuit, quam nobis Pater dedit, si in Christo nos invenerit, id est vera Christi membra. Aliter enim nullus ad hanc beatitudinem ascendere potuit, quia nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, Filius hominis, qui est in coelo.

<sup>5</sup> Zu 1 Kor. 15 (SSL 181, 979) : Electi autem vivificantur in Christo, id est in Christi iustitia, quam servaverunt, ut in Christi corpore, quod est ecclesia, perenniter vivant ; quia, sicut in regno mortis nemo sine Adam, ita in regno Christi nemo sine Christo.

in allem anhängt und ihm folgt, wohin es geht. Sonst, wenn es sich träfe, daß es abgeschnitten und losgetrennt würde, würde es mit Notwendigkeit des Geistes des Lebens verlustig gehen<sup>1</sup>. Nach *Abaelard* lebt der Sünde, wer im Leben sündigt, und lebt Gott, wer von seinem Willen nicht abweicht. Dies aber gelte im eigentlichen Sinn lediglich von Christus, sei es in ihm dem Haupt, sei es in seinen verherrlichten Gliedern<sup>2</sup>.

Außerhalb der Einheit Christi und seiner Glieder gibt es nach *Gilbert de la Porrée* keinen Segen<sup>3</sup>. Von der Fülle des Hauptes aber empfangen alle, die eins sind mit ihm<sup>4</sup>, und nichts ist in ihnen, das sie nicht aus seiner Fülle empfangen hätten<sup>5</sup>. Allein schon dadurch, daß einer von der Einheit Christi, die man einzig in der Kirche hat, getrennt ist, ist er des Lebens verlustig<sup>6</sup>. Der porretanische *Paulinenkommentar* des Cod. Paris. Nat. lat. 686 wieder lehrt, daß es hier von den Gliedern heißt, daß sie *in* ihrem Haupt leben, weil es nach Empfang des Lebens vom Haupt Christus heißt, daß der Leib, dessen Haupt Christus ist, in Christus lebt<sup>7</sup>. In den *Sententiae Divinitatis* kann man sodann lesen: Wie niemand ohne Haupt lebt, so kann die Kirche nicht durch die

<sup>1</sup> Sermones de tempore. In capite ieiunii sermo 1 (SSL 183, 168) : Felix membrum, quod huic adhaeserit per omnia capiti et sequetur illud, quoquaque erit. Alioquin si forte abscondi separarique contingat, privetur statim, necesse est, etiam spiritu vitae.

<sup>2</sup> Expositio in epistolam Pauli ad Romanos. Lib. 2 c. 6 (SSL 178, 877) : Vivit peccato, qui vivendo peccat; vivit Deo, qui ab eius voluntate non discordat. Quod quidem soli Christo sive in ipso capite sive in eius glorificatis membris veraciter assignatur.

<sup>3</sup> Paulinenkommentar. Zu Gal. 3 (Leipzig, Universitätsbibliothek, Cod. lat. 427 fol. 74) : Et quod illud semen sit, exponit dicens : « Qui est Christus », caput cum membris. Unde inferius : Si autem vos Christi : ergo Abrahe semen estis. Nam preter hanc Christi et membrorum eius unitatem non est benedictio.

<sup>4</sup> Zu Eph. 1 (Leipzig, Universitätsbibliothek, Cod. lat. 427, fol. 80v) : ... « caput super omnem ecclesiam. » De cuius scilicet plenitudine [fol. 81] gratie quicumque sunt unum cum ipso, accipiunt.

<sup>5</sup> Zu Kol. 2 (Leipzig, Universitätsbibliothek, Cod. lat. 427, fol. 95v) : « Et in illo », qui hac divinitatis plenitudine caput est non modo hominum, sed « etiam omnis principatus et potestatis », estis vos repleti nil prorsus habentes, nisi quod de eius plenitudine accepistis.

<sup>6</sup> Zu 1 Kor. 11, 29 (Leipzig, Universitätsbibliothek, Cod. lat. 427 fol. 48) : ... hoc solo scilicet, quod a Christi unitate, que in sola ecclesia Dei habetur, disiunctus est, non habet vitam et ipse quoque extra indigne manducat.

<sup>7</sup> Zu Rom. (Cod. Paris. Nat. lat. 686 fol. 44) : Hic enim iam dicunt[ur] membra vivere in suo capite, quoniam iam suscepta vita a Christo capite, iam dicitur corpus, cuius caput est Christus, in Christo vivere.

Tugenden leben ohne Christus<sup>1</sup>. Wesentlich dasselbe sagt der zum Bereich des Robert von Melun gehörige *Paulinenkommentar* des Cod. Paris. Arsenal. lat. 534 in der Form: Niemand, der getrennt ist von Christus, d. i. der außerhalb der Einheit und des Glaubens Christi ist, tut Gutes, das ihm für das Heil nützte<sup>2</sup>. Und *Hugo von St. Viktor* weiß: Wenn also ein Leib ist, dann ist ein Geist. Wer im Leib selber nicht ist, kann vom Geist nicht beseelt werden. Denn wer den Geist Christi nicht hat, ist nicht Glied Christi<sup>3</sup>. Auch *Hugo von Rouen* kann die Bemerkung nicht unterdrücken, daß außer der Einheit mit der Mutter, der Kirche, niemand Gutes tun konnte<sup>4</sup>.

*Petrus Lombardus* bringt alsdann in seinem Psalmenkommentar die Ausführungen: Auch die Heiden üben Werke, indem sie den Nächsten bekleiden und ähnliches tun; auch die Häretiker tun vieles, aber nicht im Nest der Kirche, d. i. im Glauben und im Teilnehmen an den Sakramenten, und darum werden ihre Werke mißachtet und ihnen nicht zum Leben aufbewahrt ... Darum fügt der gleiche Apostel hinzu: Das Weib wird aber zum Heil kommen durch die Zeugung von Kindern, d. i. das Fleisch durch die Hervorbringung guter Werke, wenn es dieselben im Nest verrichtet hat, d. h. wenn es im katholischen Glauben in der Gesellschaft der kirchlichen Einheit beharrt hat<sup>5</sup>. So nützt denn

<sup>1</sup> B. Geyer, Die Sententiae Divinitatis, ein Sentenzenbuch der Gilbert'schen Schule. [Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters. Band VII Heft 2-3], Münster i. W. (1909) 102\*.

<sup>2</sup> Fol. 146v: Nemo enim preter Christum, hoc est qui sit extra unitatem et fidem Christi, bonum facit, quod sibi valeat ad salutem.

<sup>3</sup> De sacramentis christiana fidei. Lib. 2 p. 2 c. 1 (Rouen [1648] 606): Si ergo corpus unum est et spiritus unus: qui in corpore ipso non est, a Spiritu vivificari non potest, sicut scriptum est: Qui non habet Spiritum Christi, hic non est eius. Qui enim non habet Spiritum Christi, non est membrum Christi.

<sup>4</sup> Tractatus de memoria. Lib. 3 n. 5 (SSL 192, 1318): Extra hanc unitatem matris ecclesiae nemo potuit bona facere; per gratiam potest quis operari bonum; sine gratia nihil nisi malum.

<sup>5</sup> Commentarium in Psalmos. Zu Ps. 83, 4 (SSL 191, 789): «Et turtur», id est caro, «invenit sibi nidum», qui est ad tempus; domus vero est in aeternum. Nidum ergo dicit fidem et conformitatem sacramentorum ecclesiae, quem nidum quaerit turtur, «ubi reponat pullos suos». Non enim abiicit illos ubicunque, sed in nido ecclesiae facit opera bona, pro quibus salvabitur: per quod differt ab aliis, qui opera faciunt, sed non in nido fidei. Nam et pagani faciunt opera, qui vestiunt nudos et alia; et haeretici faciunt multa, sed non in nido ecclesiae, id est in fide et participatione sacramentorum, et ideo conculcantur, non servantur eis ad vitam ... Unde idem apostolus subdit: «Salvabitur autem mulier per generationem filiorum», id est caro per generationem bonorum operum, si tamen illa fecerit in nido, id est si permanserit in fide catholica in societate ecclesiasticae unitatis.

das Antlitz, d. i. die Einheit der Kirche denjenigen, die Almosen geben, daß sie nicht außerhalb des Nestes der Kirche geben, daß es Gottes Ehre sei und nicht die ihre<sup>1</sup>. Umgekehrt betont der Lombarde, daß aus der Einheit der Kirche alle die Gnade empfangen, durch sie von den Brandherden der Laster abgekühlt werden<sup>2</sup>.

In seinem Paulinenkommentar führt der Lombarde aus : Obwohl die Dreifaltigkeit die Nachlassung der Sünden bewirkt, so nimmt man doch an, daß sie dem Heiligen Geist zugehört, weil der Heilige Geist dem Vater und Sohn gemeinsam und beider Vereinigung ist. Durch ihn wird die Gesellschaft und Einheit bewirkt, durch die wir der eine Leib des einzigen Sohnes Gottes werden. Zusammenfügt uns die Einheit, welche die *caritas* bewirkt, und die caritas kommt bloß vom Heiligen Geist. Also ist es der Heilige Geist, der belebt, der lebendige Glieder macht, und er macht lebendig bloß diejenigen, die er im Körper, den er belebt, vorfindet, so wie der Geist des Menschen das Glied nicht belebt, das er vom Körper getrennt findet<sup>3</sup>.

In einer Quästion des Cod. lat. 434 der Bibliothek von Douai finden wir dann noch als Antwort auf die Frage, ob Christus Haupt aller Guten sei, hingewiesen auf die Glosse zu Eph. 4, 4 : *Sicut humani corporis membrum precisum formam, qua cognoscitur, retinet, sed nequam spiritus sequitur, quo preter unitatem vivit, sic quicumque a predicte pacis unitate divisus fuerit, sacramentum tanquam formam retinet, sed spiritu preter unitatem non vivit*<sup>4</sup>.

<sup>1</sup> Zu Ps. 44, 14 (SSL 191, 445) : *Et hi adorando in muneribus « deprecabuntur vultum tuum », o regina, id est conformitatem tuam, ne extra positi faciant, sed in vultu sponsae, id est unitate ecclesiae. Vultus namque ecclesiae prodest eleemosynas facientibus, ne extra nidum ecclesiae faciant, ut sit gloria Dei et non sua.*

<sup>2</sup> Zu Ps. 79, 11 (SSL 191, 765) : *In unitate quippe ecclesiae omnes gratiam accipiunt, per quam ab incentivis vitiorum refrigerantur.*

<sup>3</sup> Collectanea in epistolas D. Pauli. In ep. ad Rom. c. 8 (SSL 191, 1440 f.) : *Quam remissionem [peccatorum] cum Trinitas faciat, proprie tamen ad Spiritum Sanctum intelligitur pertinere, quia Spiritus communis est Patri et Filio amborumque unio, per quem fit societas et unitas, qua efficimur unum corpus unici Filii Dei. Unitas enim nos compaginat, quam facit caritas, et caritas non est nisi a Spiritu Sancto. Ergo Spiritus est, qui vivificat, qui viva facit membra nec viva facit, nisi quae in corpore, quod vegetat, invenerit, sicut spiritus hominis non vivificat membrum, quod separatum invenerit a corpore.*

<sup>4</sup> I fol. 98v. — Man vgl. dagegen die ungenaue Ausdrucksweise der der Mitte des 13. Jahrhunderts angehörigen Sakramentensumme des Clm 22233 fol. 92v : *Item, cooperatio VII habet cooperationes, per quas fit homo ydoneus ad huius gratie [nämlich contritionis] receptionem ... Sexta est vivificatio, ut quasi membrum adhereat corpori ecclesie cohibitione et convictu sanctorum, sicut membrum non vivit, si separetur a corpore, adhereat Deo, qui est caput et vita ecclesie iugi*

Es sei noch darauf aufmerksam gemacht, daß ja auch die Erklärung von Joh. 3, 13 : *Et nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, Filius hominis, qui est in caelo,* Gelegenheit gab, den Gedanken von der Heilsnotwendigkeit der Zugehörigkeit zum Leib Christi zu betonen. Bereits *Alcuin*<sup>1</sup> und *Smaragdus*<sup>2</sup> tun dies. *Gilbert de la Porrée* führt in seinem Psalmenkommentar aus : Durch die *caritas* sind viele einer. Nach dieser Einheit heißt es im Evangelium : Niemand steigt in den Himmel auf außer dem, der vom Himmel herabgekommen ist. Der als Haupt herabgekommen ist, steigt auf mit dem Leib, der die Kirche ist. Denn auch jetzt, so sehr er auch im Himmel ist und wir auf Erden, macht es die *caritas*, daß er hier mit uns und wir dort mit ihm sind<sup>3</sup>.

Bei Gelegenheit der Erklärung der gleichen Stelle sagt *Petrus Lombardus* in seinem Psalmenkommentar : Herabkam das Haupt ; aufgestiegen ist dasselbe mit dem Leib, d. i. der Kirche, bekleidet, die es sich ohne Flecken und Runzeln darstellt. Der allein ist aufgestiegen, der mit uns ein Einziger war. Denn die Einheit fügt uns mit dem Einen zusammen. Mit ihm steigt also auf, wer mit ihm Einer sein wollte, durch die *caritas* ist er mit uns auf der Erde, durch die *caritas* sind wir mit ihm im Himmel<sup>4</sup>.

et assidua frequentatione ipsius semper audiendo, in lectione et predicatione semper ei loquendo, in confessione et oratione semper ei famulando ...

<sup>1</sup> Commentariorum in Joannem. Lib. 2 c. 5 (SSL 100, 781).

<sup>2</sup> Collectiones in epistolas et evangelia (SSL 102, 342) : *Nemo ascendit in coelum nisi Christus in corpore suo, quod est Ecclesia, qui in seipso quidem primum cernentibus apostolis, eminentioribus nimirum membris suis, ascendit, et exinde in membris suis quotidie ascendens se colligit in coelum.* Quisquis in coelum ascendere desiderat, ei, qui de coelo descendit et est in coelo, se vera fidei et dilectionis unitate coniungat aperte intelligens, quia nullo alio ordine nisi per eum, qui descendit de coelo, potest ascendere in coelum. Unde alias ipse dicit : *Nemo venit ad Patrem nisi per me.*

<sup>3</sup> Zu Ps. 122, 1 (Cod. Paris. Nat. lat. 12004 fol. 173v) : « Levavi ». Per caritatem namque multi sunt unus. Secundum quam unitatem in evangelio dicitur : *Nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo.* Qui descendit secundum caput, ascendit cum corpore, quod est ecclesia. Nam etiam nunc, quamvis ipse in celo sit et nos in terra, tamen per caritatem et ipse nobiscum est hic et nos ibi cum illo.

<sup>4</sup> Commentarium in Psalmos. Zu Ps. 122, 1 (SSL 191, 1145) : ... secundum quod ipse dicit in evangelio : « *Nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, Filius hominis, qui est in celis* »; descendit quidem caput, ascendit idem cum corpore, scilicet ecclesia vestitus, quam sibi exhibuit sine macula et ruga. Solus ergo ascendit, qui nobiscum unus est solus. Unitas enim nos compaginat uni ; cum illo ergo ascendit, qui cum illo unus esse voluit ; per caritatem nobiscum est in terra, per caritatem cum illo sumus in coelo.

Die anonyme *Summe* des Cod. Bamberg. Patr. 136 gibt u. a. die Exegese : vel sic, ut secundum regulam Tyconii, quod est capitis et membrorum, soli attribuatur capiti hoc modo : nemo ascendit in celum nisi ille cum suis membris, qui de celo descendit<sup>1</sup>. *Radulphus Ardens* bemerkt zur Stelle : Er redet von sich als von einem andern, um ein Beispiel der Vermeidung dünkelhafter Eitelkeit zu geben. Als ob er sagte : Wenn du in das Himmelreich aufsteigen willst, dann schließe dich durch die Vereinigung der *caritas* dem Menschensohn an, der allein mit seinen Gliedern aufsteigt. Darum, wenn wir in das Himmelreich aufsteigen wollen, wollen wir uns, meine Brüder, dem Haupt, unserm Herrn Jesus Christus durch Glaube und Liebe anschließen, weil, wer nicht Glied des Leibes Christi ist, zum Himmelreich keineswegs aufsteigen kann. Deshalb hat er selber gesagt : Keiner kommt zum Vater außer durch mich. Er ist ja die Pforte, er ist der Pförtner, er ist uns der Führer und Erheber zum Himmelreich<sup>2</sup>.

Die ebenfalls bei den Porretanern einzureihende *Summe* des Cod. lat. 109 der Stiftsbibliothek von Zwettl schreibt :

Quoniam autem hec omnia ecclesie membra invicem et cum capite unita sunt indissolubili habitu caritatis, quicumque infra hanc caritatis unitatem non manserit, is utique non est a iam glorificato capite assumendus in gloriam capitum iam glorificati. Nemo enim nisi per caritatem manserit in corpore membrum, assumendus est in gloriam future resurrectionis. Capite etenim huius beate multitudinis, in qua restituitur angelorum ruina, iam per gloriam immortalitatis in sua, que precessit, resurrectione glorificato, superest et indubitanter exspectatur, ut solum eiusdem capitum corpus ad capitum immortalitatem assumatur in generali resurrectione bonorum et malorum. Hoc enim est, quod ait Johannes : Nemo ascendit in celum, nisi qui de celo descendit. Expresse utique capitum et corporis unitatem significat dicens : nemo ascendit nisi qui descendit. In qua quidem unitate constat descendisse caput per nature suscepere minoritatem atque mortalitatem. Quod idem caput iam ascendit per eiusdem suscepere nature

<sup>1</sup> Fol. 59v.

<sup>2</sup> Homiliae in epistolas et evangelia dominic. II. Hom. 2 (SSL 155, 1952) : Porro de ascensione sua instruit Dominus Nicodemum, cum subdit : « Et nemo ascendit in coelum, nisi et qui descendit de coelo Filius hominis, qui est in coelo. » De se tamquam de alio loquitur, ut exemplum praebeat nobis arrogantiae devitandae. Acsi dicat : Si vis in regnum coelorum ascendere, adhaereas per caritatis unionem Filio hominis, qui solus cum membris suis ascendit. Itaque, fratres mei, si in regnum coelorum ascendere volumus, capiti nostro Domino nostro Jesu Christo fide et caritate adhaereamus, quoniam qui membrum corporis Christi non est, ad regnum coelorum ascendere nequaquam potest. Unde ipse dicit : « Nemo venit ad Patrem nisi per me. » Ipse quippe est ostium, ipse est ostiarius, ipse nobis est dux et sublevator ad regnum coelorum.

immortalitatem, ad quam ipsius est ascensurum corpus, quod etiam iam illuc cum ipso capite ascendit spe secundum illud : Spe salvi sumus ; et alibi : Nostra conversatio in celis est<sup>1</sup>.

*Petrus Comestor* deutet das Wort : Christus allein fährt in den Himmel auf, dahin, daß niemand außer Christus oder seine Glieder aufsteigt, da, wenn Petrus aufsteigt, dies Christus in ihm tut<sup>2</sup>. Bloß Christus ist vom Himmel herabgestiegen und nur einer wird aufsteigen, das Haupt nämlich und zum Teil sein Leib, soweit er eins ist mit dem Haupt<sup>3</sup>.

Eine Predigtsammlung des Cod. Paris. Nat. lat. 13582 findet schließlich die schönen Worte : Ecce quam decenter et congrue archa prefiguravit Ecclesiam, que constans ex capite Christo et corpore seipsa integrum hominem reddit, illum scilicet, qui solus de celo descendit et ascendit solus. Ita tamen solus, quod integer et totus, caput videlicet cum membris Christus. Quem, si sequi desideras, membrum sis ipsius. Aliter ire post eum non poteris<sup>4</sup>.

Natürlich ist auch die Erklärung des Haupt-Glieder-Verhältnisses durch das Verhältnis des Weinstockes zu den Reben fruchtbar geworden. So heißt es in einer in den *Flores evangeliorum* des Cod. Paris. Nat. lat. 15033 (12. Jahrh.) vermittelten Homilie zu *Ego sum vitis vera et pater meus agricola est* : Aperte manifestavit se esse vitem, sicut hic sanctus evangelista declarat et discipulos suos dicit esse palmites. Dominus noster ipse caput ecclesie et fideles eius sunt membra illius<sup>5</sup>. Der Johanneskommentar des *Petrus Comestor* wieder schreibt : « Ich bin der Weinstock. » Der Herr hat gesagt, daß die Apostel keine Frucht bringen können, wenn sie nicht in ihm bleiben, weil sie Glieder sind, die im Haupt bleiben, und nicht vom Weinstock abgeschnittene Reben<sup>6</sup>.

<sup>1</sup> Fol. 61.

<sup>2</sup> Johanneskommentar. Zu Joh. 10 (Cod. Paris. Nat. lat. 15269 fol. 16v) : ... sicut dicitur, quia solus Christus ascendit in celum, id est nemo nisi ipse vel membra eius, quia quando Petrus ascendit, Christus ascendit in eo.

<sup>3</sup> Psalmenkommentar. Zu Ps. 122, 2 (Cod. Paris. Mazarin. lat. 176 fol. 107) : Unde et ipse ait : nemo ascendit in celo, nisi qui de celo descendit, filius hominis, qui est in celo. Solus descendit Christus et unus solus ascendit, caput scilicet et corpus eius in parte, quod est unum cum capite.

<sup>4</sup> Fol. 107.

<sup>5</sup> Fol. 153 f.

<sup>6</sup> Cod. Bamberg. Bibl. 103 fol. 20v und Cod. Paris. Nat. lat. 15269 fol. 22 : « Ego sum vitis. » Dixit Domini apostolos non posse fructificare, nisi maneat [in] ipso, quia ipsi sunt membra manentia in capite [et non] palmites precisi a vite ... Nota, quod alibi habes prolixius determinatum, quare Christus se comparat viti. Sed quod alibi prolixius dicitur, hic ex modica glosa potest colligi.

Schließlich vermerkt eine spätere *Johannespostille* des Cod. Paris. Nat. lat. 14438, daß Christus mit Recht als Weinstock bezeichnet werde, weil der Weinstock nicht von den Reben empfange, sondern an dieselben hiniübergebe, und so auch Christus, weshalb er denn Haupt der Kirche genannt werde<sup>1</sup>.

Wie aber nun das Leben vom Haupt auf die Glieder kommt, darüber konnten auf Grund der verschiedenen Auffassungen von der Erlösung, ob sie lediglich eine subjektive oder auch eine objektive war, verschiedene Meinungen aufkommen. Dies merkt man an *Abaelard*, der die subjektive Erlösung von der Sünde lehrte, die durch das Liebesbeispiel Christi geschieht, das uns zu der die Sünde tilgenden Liebe anregt. Abaelard sagt nämlich auch, daß von Christus dem Haupt auf uns die Glieder alles Gute fließt durch das Beispiel seines Lebens und die Predigt seiner Lehre<sup>2</sup>.

Abgesehen von dieser Variante beschränkte sich aber die Frühscholastik auf die bloße Behauptung der Tatsache der Vermittlung des Lebens einzig durch Christus das Haupt. Auf einen eventuellen Ausbau dieser Lehre oder gar auf gewagte Spekulationen ließ sie sich nicht ein.

(*Fortsetzung folgt.*)

Vitis enim adheret terre et ministrat humorem palmitibus, non suum, sed terre, quia humor terre per vitem ad palmites differtur, quo humore palmites nutriuntur. Ideo ergo Christus viti comparatur, quia sicut vitis propinat humorem palmitibus, ita Christus beneficium humoris id est pluviam sue benedictionis sive rorem gratie sue infundit fidelibus, quia etiam quantum homo habet gratiarum plenitudinem; singulis fidelibus modicam infundit portionem, et sicut vitis non humorem suum, sed terre, palmitibus infundit, ita Christus non ex se, inquantum est homo, sed ex se inquantum Deus gratiam fidelibus infundit. — Man vgl. dies auch bei *Petrus Cantor*, Glose IIIIor evangeliorum collecte et excepte cum postillis super unum ex quatuor. Zu Jo. 15 (Cod. Paris. Mazarin. lat. 280 fol. 104v f.).

<sup>1</sup> Zu Joh. 15 (Fol. 65v) : Et bene dicitur vitis. Vitis enim non accipit a palmitibus, sed transmittit ad palmites, ita Christus. Unde caput ecclesie dicitur 1 Eph. : ipsum dedit supra omnem ecclesiam caput, que est corpus ipsius, plenitudo autem eius, quia omnia in omnibus implevit.

<sup>2</sup> Expositio in epistolam Pauli ad Romanos. Lib. 2 c. 5 (SSL 178, 859) : Addit : « Per Dominum nostrum Jesum Christum », a quo ad nos tanquam a capite ad membra omne bonum emanat tum exemplo vitae tum praedicatione doctrinae.